

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas t
cum fonte primo

Cibus indigestus

corpus corrumpit,
inflatum et ydropicum reddit; si digestus fuerit,
nutrit.

Sic scientia stomacho anime indigesta,

si non fuerit igne caritatis decocta,
malos humores generat.

Numquid mali mores, mali humores?

Bernardus super illud I. ad Corinthios VIII.:
Scientia inflat, caritas edificat.

Cibus siquidem indigestus,
et qui bonam non habet decoctionem,
→ malos generat humores,
et corrumpit corpus,

non nutrit.

Ita et multa scientia ingesta stomacho animae,
quae est memoria,

si decocta igne caritatis non fuerit,

← et per quosdam artus animae,
mores scilicet atque actus, transfusa atque digesta,
quatenus ipsa de bonis quae noverit,
vita attestante et moribus, bona efficiatur:
nonne illa scientia reputabitur in peccatum,
tamquam cibus conversus in pravos noxiosque
humores? Annon malus humor peccatum?
Annon mali humores pravi mores?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super
Cantica Canticorum*, 36.4 (SBO 1, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.6, ll.9-16).